



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

72 Per claras scripturas Libe[rum] Arbi. assertum. Falso iactare
Luthe[rum] a sua parte stare Augustinu[m]. Collatio utriusq[ue] partis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

ut sanguine suo illud quod testati sint. Quod si uerum est,
dilucidam illi habebant scripturam, alioquin quod est illa ad
mirabilis peritia litterarum sacrarum? Deinde quod leuitas &
temeritas animi, sanguinem fundere pro re incerta,
& obscura? Hoc enim non martyrum Christi, sed daemo-
num est. Iam & tu pone ob oculos & tecum expende, ut-
rum plus tribuendum esse iudicibus, tot eruditorum, tot
orthodoxorum, tot sanctorum, tot martyrum, tot ueterum
ac recentium theologorum, tot academiarum, tot concilio-
rum, tot Episcoporum & summorum Pontificum iudicibus, qui
scripturas dilucas esse senserunt, & id tamen scriptis,
tamen sanguine confirmarunt, an tuo unius priuato iu-
dicio, qui negas scripturas esse dilucas, qui forte nec
unam unquam lachrymam uel suspirium pro doctrina Christi
emissisti? Si illos recte sensisse credis, cur non imita-
ris? Si non credis, cur iactas tanta bucca, tanta copia
quasi me obruere uelles tempestate & diluuium quoddam
orionis, quod tamen in caput tuum fortiter inuadat, arca ue-
ro mea in sublimi fertur secunda? Nam tu tot tantisque
uiris simul tribuis summam & stultitiam & temeritas-
tem, dum illos scribis scripturae peritissimos, stilo, uita
morte illam asseruisse, quam tamen obscuram & ambiguam
esse contendis, hoc est, aliud nihil, quam illos facere im-
peritissimos cognoscendo & stultissimos asseren-
do, Sic illos non honorassem ego priuatus ille con-
temptor, ut tu facis publicus ille laudator.

72 Cornuto igitur (quod aiunt) hic te syllogismo
teneo, Verum enim falsum esse oportet, Vel illud quod di-
cis, illos fuisse admirabiles peritia litterarum sacrarum, uir-
ta & martyrio, Vel illud quod dicis, Scripturam
non esse dilucidam.

47 Verum cum huc potius rapiaris, ut scripturas
non

nō dilucidas eē credas (hoc em̄ toto libello agis) re-
liquū sit, ut uel animi uel adulādi grā, nequaquē se-
rio illos dixeris pitissimos scripturæ & martyres
Chrī, tantū ut rudi uulgo fucū, Luthero autē nego-
tiū faceres, & causam eius inanibus uerbis graua-
res odio & cōtēptu. Ego uero neutrū ueꝛ, sed us-
trūq; falsum dico. Primū, scripturas esse lucidissimas,
Deinde illos quatenus lib. arb. asserūt, eē im-
pitissimos sacrarū līrarū, tū illud, neq; uita, neq; mō-
re, solū ꝑ o stilo, sed pegrinate aīo, asseruisse. Quā-
re hāc disputatiūculā sic cōcludo, Per scripturā,
ut obscurā, hactenus nihil certi definitū est, nec de-
finiri p̄t, de lib. arb. teipso teste, Per uitā uero oīm
hominū ab initio mūdi nihil est ostēsū pro libe-
arb. ut sup̄ius est dictū, Docere igit̄ aliqd, qd̄ intra
scripturas nō est ullo uerbo p̄scriptū, & extra scrip-
turas nō est ullo facto monstratū, hoc nō perti-
net ad dogma Christianorū, sed ad narrationes ue-
ras Luciani, nisi qd̄ Lucianus ioco & prudēter re-
bus ludicris ludens, neminē fallit neq; lēdit, Isti ue-
ro nrī, re seria & q̄ ad æternā salutē pertinet, infas-
niunt ī perditōe innumerabiliū animarū. Sic & es-
go absoluerim totā hanc quæstionē de lib. arb. et-
iam testimonio aduersariorū mecū faciente & illis
ipsis pugnante, cū fortior probatio nulla sit, q̄ ip-
sius q̄ reus est, propria cōfessio & testimoniū con-
tra seipsum. Verū q̄a Paulus p̄cipit uaniloquos
epistomis in, causam ipsam aggrediamur, & ordi-
ne quo incedit Diatribe, rem tractem⁹, ut primū
confutemus argumēta pro lib. arb. adducta, dein
de confutata nostra defendamus, tandem contra
liberū arb. pro gratia dei pugnemus.

Ad primū